

test haberi recursus ad Papam, & scandalum maximum esset si hoc ab aliquibus sciretur: in eo casu, nihil possunt confessarii regulares. Episcopi enim in his casibus iure speciali presumpto dispensant: & sic predicti casus non sunt casus Episcopales, ipsis confessariis privilegiatis concessi. Vnde dicti confessores non possunt absolueret à predictis casibus in foro conscientie seculares virtute Concilij Tridentini, & suorum privilegiorum, cum ipsi casus competant Episcopis [vt dictum est] iure speciali.

¶ Et questione. 63. arti. 6. dicit, qd aliqua sunt vota reservata Sedi Apostolicæ, in quibus aliquando Episcopi possunt dispensare, urgente necessitate id postulante, & interveniente impotentia morali, ratione cuius faciliter ad Summum Pontificem, auctoris habentem auctoritatem non potest haberi accessus, vt post Sylvestrum, tenent Soto Navarro & Frater Antonius à Corduba. lib. 1. quest. Et hoc modo possunt dispensare in voto simplici continentie, quando est periculum, & sine scandalo ad Papam non potest haberi recursus. In hoc tamen, & in alijs votis Papæ reservatis non possunt commutare, &

¶ § § § § § 2 dis-